

Danneck

Zur
Gräfl.vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

Nº 1399



8

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
CACHEXIA DUPLICI
QUÆ CUM TUMORE
ET QUÆ CUM TABE EST

QUAM
SUMMO FAVENTE NUMINE
EX
AUCTORITATE ET DECRETO
EXCELLENTISSIMÆ ET CELEBERRIMÆ
FACULTATIS MEDICÆ
IN REGIA, QUÆ DUISBURGI CLIVORUM
FLORET ACADEMIA
PRO GRADU DOCTORIS
PUBLICÉ DEFENDET
GODFRIDUS WILHELMUS
NEUHAUS
MEIDERICO - CLIVENSIS
AD DIEM JULII MDCCCLXIV.
H. L. Q. S.

DUISBURGI AD RHENUM
TYPIS FRANC. ADOLPH. BENTHON, ACAD. TYPOGR.


DISSESTITIO
INAUGURVIS MEDICA
DE
CACHEXIA DUPLO
QUE CUM TUMORE
ET QUE CUM TABE EST

SUMMO PAVLINE WOMBE
AUTORITATE ET DECRETO
EXCELSISSIME ET CELEBERRIMA
ACADEMIA MEDICIS
IN REGENSBERG CIVICORUM
PRO GRADU DOCTORI
GODFRIUS WILHELIUS
NURHANS
AD DIEM IANUARII MDCCXII
ANNOS XIX
PROTACONIE
MICHAELO OLYMPIANO
AD DIEM IANUARII MDCCXII
ANNOS XIX

FRANC ALBERTI BENTHONI ACERB
DISSESTITIO
INAUGURVIS MEDICA

VIRIS
AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS
ATQUE ERUDITIONIS GLORIA LONGE
CELEBERRIMIS
DN. CHRISTIANO AREND
SCHERER
MEDICINÆ DOCTORI
PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO
IN ACADEMIA DUISBURGENSI
EJUSDEMQUE
H. T. RECTORI MAGNIFICO
DN. JOHANNI GOTTLÖB
LEIDENFROST
MEDICINÆ DOCTORI
PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO
IN ACADEMIA DUISBURGENSI
ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM BERO-
LINENSIS MEMBRO
FACULTATIS MEDICINÆ H. T. DECANO
PATRONIS FAUTORIBUS
PRÆCEPTORIBUS SUIS
NUNQUAM SATIS COLENDIS
AC VENERANDIS

NEC NON
VIRORUM
PLURIMUM REVERENDO
DN. JOHANNI REINHARDO
NEUHAUS
MYSTERIORUM DIVINORUM IN ECCLESIA
QUAE MEIDERICI EST
DISPENSATORI FIDELISSIMO
PATRI SUO
OMNI FILIALI AMORE
AC OBSEQUIO
AD CINERES USQUE COLENDO
MEDICINA DOCTORI
PROTASSORI PARRICO ORDINARIO
IN ACADEMIA DISSENGENS
ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PRO
INGENIA MEMBRO
INCULTATÆ MEDICINÆ DECANO
PARONIS RAVTORIBVS
Hasce Studiorum suorum Pri-
mitias Devotus offert
AUCTOR.



DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
CACHEXIA DUPLICI
QUÆ CUM TUMORE
ET QUÆ CUM TABE EST.

§. I.



Inter omnes corporis humani functiones primaria & maxime necessaria est nutritio, utpote quæ ad vitam sustentandam & ad omnes corporis actiones perficiendas materiam & vires largitur. Hæc si pervertitur ita, ut corporis habitus depravetur, vocatur *cachexia*. Habitus vero corporis cognoscitur ex qualitatibus ejus sensibilibus, & speciatim iis, quæ visu & tactu deprehenduntur, ut sunt externa corporis species, color,

A 3

color, figura, consistentia, protuberantia vel marcorum partium mollium, firmitudo & resistentia partium solidarum, quae omnia si a naturali & sano statu deficiuntur, signa sunt cachexiarum.

§. II.

Cachexiarum igitur causa proxima consistit in depravata nutritione, ad quam melius intelligendam prius considerari debet, quid sit bona & vera corporis humani nutritio. Quare hic breviter ex Physiologicis principiis ea adducam, quae ad nutritionem spectant.

§. III.

Nutritio vulgo dividi solet in *nutritionem simplicem* & *incrementum*. *Nutritio simplex* est, si tantum & tale humano & sano corpori apponitur, quantum & quale erat deperditum, ut sit in hominibus adultis & ad justam magnitudinem evenitis. *Incrementum* autem vocatur, si corpori humano plus apponitur, ut sit in etate juniorum.

§. IV.

Nutritionis bona negotium absolvitur legitima succi nutritii praeparatione, applicatione, & mutatione, ad quae requiruntur
 1.) Bona concoctio ciborum ac praeparatio chyli boni.
 Ut haec rite fiant, prater cibum & potum humanæ

manæ naturæ accommodatum huc faciunt, salivæ,
succi gastrici, lymphæ pancreatis & bilis admistio &
bona qualitas, ut & actio integra ventriculi in inge-
sta ac intestinorum motus peristalticus: quibus omni-
bus cibi emolliuntur, macerantur, solvuntur, conte-
runtur, & partes nutritiæ ex iis extrahuntur instar
emulsionis.

2.) Chyli ita præparati ope vasculorum lacteorum
& ductus thoracici propulsio in sanguinis circulum.

3.) Deinde Chyli intima mistio & adunatio cum
tota fanguinis massa, ejusque mutatio in sanguinem.
Ad hoc opus conducunt actio & motus cordis, pul-
monis, vasorum sanguiferorum ac omnium solidorum,
sanguinisque cui chylus admiscetur bona qualitas.

4.) Porro secretio succi nutritii bene elaboratæ
in locis congruis & a natura ordinatis, una cum ex-
cretione inutilium & mala sua qualitatæ nocentium.
Hæ duæ functiones præter solidorum bonam & se-
cundum sanitatis leges determinatam actionem, præ-
fertim opus habent, ut canales in humano corpore
sint pervii.

5.) Tandem succi nutritii appositiō ad solidā, ejus-
que mutatio ex statu fluiditatis in statum solidum, &
bona repletio omnium vasorum cujuscunque generis.
Ex his facile colligi potest, ad nutritionem bonam re-
quiri bonam constitutionem omnium solidorum & flu-
idorum corporis humani, ac omnium motuum & fun-
ctionum perfectam symmetriam, quæ ad sui conser-
vationem & continuationem præter causas internas &

vitæ

¶ (:) ¶

vitæ vires etiam requirunt legitimum usum rerum sex non naturalium. Simul etiam apparet, quod si tantum una ex modo memoratis conditionibus requiritis ad nutritionem vel depravata vel impedita sit, bona nutritio fieri non posit, sed ea quoque depravetur & imminuat.

§. V.

Quid sit proprius humor nostri corporis nutritius & ex quibus hic constet certo determinare non ausim, sufficiet si dixerim, eum esse liquidum ex sanguinis serosa & forte etiam rubra parte secretum, ac fere talis indolis, ut albumen ovi; cuius iusta elaboratio præsertim dependet a cordis & pulmonis sufficienti actione in sanguinem, qua ei talis mutatio inducitur, ut aptus sit ad nutriendum; concurrente simul cerebri & medullæ spinalis per nervos commercio, in quo in primis Nutritionis causa dirigens & determinans sita esse videretur, nam cur alias, si nervus cuiusdam partis discinditur aut per alias injurias ejus actio laeditur, ejus partis nutritio periret, ac ea contabesceret?

§. VI.

Ut recte cognoscamus functionem nutritionis, necesse est, ut videamus modos, quibus corpus humanum increscit. *Primus modus nutritionis fit per repletionem*, hoc est, si vasa solummodo liquidis nutrientibus implentur. Talis nutritio facile peragitur, & in primis observatur in hominibus a morbo emaciatis, ac bono cibo utentibus post morbum sublatum.

tum. Hæc tantum est infimus nutritionis gradus, & nondum vera nutritio, nam partes solidæ tantum expanduntur a liquidis contentis, & manent in eodem statu, in quo fuerunt.

Alter nutritionis modus consistit in *generatione partium solidarum ex fluidis*, e. gr. si nova sit fibra, aut canalis, aut membrana etc. quæ prius non adfuerunt, vel fuerunt ablata. Hæc proprie & in sensu stricto est vera nutritio, & definiri potest, quod sit actio, qua partes fluidæ mutantur in solidâ determinati ordinis & figuræ.

Quæ actio se exerit 1.) per evolutionem vasorum, si ex minoribus vasis fiunt majora, dum vel in interstitiis fibrarum vel in fine earum succus nutritius apponitur & solidescit. Hujus exemplum dat embryo, in quo arteria aorta est vasculum vix visibile, quod sensim expanditur in latitudinem & longitudinem, donec ad justam magnitudinem excreverit. 2.) Per combinationem partium solidarum, dum concrescunt fibrae minime & partes solidæ ex iis conflatae mediante materia glutinosa & terrea, ut præsertim sit in ossibus. Hæc solidarum partium combinatio est præcipua causa roboris & rigiditatis solidorum, præsertim accidente senio.

§. VII.

Visis jam iis, quæ ad nutritionem bonam pertinent, nunc me converto ad malam & depravatam nutritionem ac inde pendentem cachexiam. Ma-

B la

la & depravata nutritio vocatur, si tantum & tale solidis & fluidis corporis partibus non restituitur, quantum & quale per vitæ actiones erat deperditum, sed si e contrario corpus potius inutilibus, non bene mixtis & nocivis humoribus repletur. Adeoque ab ea repletio vasorum a bonis humoribus & solidescientia fluidorum (§. VI.) secundum naturæ ductum fiens pervertuntur & imminuuntur. Quare in ea vel una vel plures ex iis conditionibus depravatae sunt, quas jam superius (§. IV.) dixi ad bonam nutritionem requiri, & simul male sunt constituta solida & fluida una cum eorum actionibus & functionibus, unde chyli & succi nutritii rita præparatio, justa distributio ac legitima mutatio pervertuntur. Hæc mala corporis nutritio, a qua simul ejus habitus lœditur, vel sit cum consumtione purulenta viscerum, præsertim pulmonis, cum febre lenta & hecūca, cum sudoribus & diarrhoeis colliquatis, & tunc Phthiseos veræ nomen habet; vel sit sine prædictis symptomatibus Phthiseos, in quo causa propter habitum externum vitiatum cachexiæ nomine venit. Habitus autem corporis dupli potissimum vitiari potest modo: I. dum plus ei apponitur depravate & in locis minus congruis, II. dum minus ei apponitur ac itidem depravate.

§. VIII.

In cachexia potissimum lœditur ea nutritionis species, quæ sit per vasorum repletionem (§. VI.) fani-

sanitati accommodatam & humectationem fibrarum solidarum a bono succo nutritio, justamque pinguedinis distributionem, a quibus pendet vera robora-
tio corporis, nam si humores legitime & secundum rectam naturae normam distribuuntur in corpore humano, ejus fibræ solidæ & motrices nec nimis debiles, nec nimis rigidæ fient, sed suam elasticita-
tem naturalem habebunt, atque adeo aptæ redduntur ad functiones suas rite perficiendas. Sed in ea quo-
que eam nutritionem vitiari, quæ sit per veram fluidorum mutationem in solida determinatae figu-
ræ, magnitudinis & consistentiæ (§. VI.) videmus in hominibus, qui a prima infancia atrophici &
rhachitici fuerunt, quorum solida utplurimum vel in sua magnitudine vel in sua symmetria ad se in-
vicem peccant. Quoniam in adultis etiam per actio-
nes vitae continuo quid deperditur & deteritur de
solidis corporis partibus, quod in statu sano corpo-
ri restituitur, hinc & in iis, si in cachexiam inci-
dunt, secunda nutritionis species lœdi potest.

§. IX.

Causæ ex, quæ solida & fluida eorumque actio-
nes depravant, & hinc corporis nutritionem ejus-
que habitum lœdunt, sunt vel internæ vel externæ,
sive vel prædisponentes, vel occasioneles, quæ ulti-
mæ vulgo res sex non naturales nuncupari solent.

§. X.

Causæ prædisponentes Cachexiæ inveniuntur
partim in solidis, partim in fluidis corporis partibus.

B 2

In

In solidis corporis partibus ejus cause sunt
 1.) *Nimium robur*, quod venit a rigiditate & co-
 hærentia nimia fibrarum ac simul earum elasticita-
 te motuque nimiis. Hujus effectus sunt nimia sol-
 lidorum actio in fluida, unde globuli rubri sanguini-
 sis ejusque pars fibrosa magis densantur & fluidiora
 nimis evacuantur, dissolvuntur & acrimoniam
 acquirunt, simulque humorum motus æquabilis tur-
 batur & divergitur, hinc inæquales fiunt humorum
 distributiones, & variae eorum oriuntur aberratio-
 nes: & sic lœduntur secretiones & excretiones ad
 nutritionem maxime necessariæ (§. IV. n. 4.) Cana-
 les autem sic fluidioribus dissipatis compaetiores red-
 duntur, obstruuntur ab inspissatis humoribus &
 concrescunt, unde nutritio in iis non amplius po-
 test fieri, & rigiditas in toto corpore oritur, quæ
 maxima est senii causa. Attamen nimium solidarum
 partium robur minus videtur facere ad Cachexiam,
 quam altera earum mala constitutio quæ vocatur

2.) *Nimia debilitas*, quæ oritur a laxitate, pau-
 ca cohærentia & debili tono fibrarum solidarum.
 Si hæc adest, fluida vires cordis & solidorum supe-
 rant, solidorum actio in fluida imminuitur, ingestæ
 non satis mutantur & assimilantur, sanguificatio &
 nutritio non rite fit, serosi & lymphatici humores
 magis congeruntur, varizæ fiunt stagnationes & ob-
 structiones in corpore præsertim a viscido sero,
 pinguedo corporis fit mucosa, & habitus ejus ex-
 ternus fit tumidus ob imminutam & languentem
 humo-

humorum circulationem ac transpirationem impe-
ditam.

His adhuc adjici potest nervorum *actio impe-
dita vel imminata*, (§. V.) sive hoc oriatur a debili-
li eorum tono, compressione & dissolutione, sive
a nimia jaetura fluidi nervei. Ac etiam eorum
actio & irritabilitas nimia huc accedunt, a quibus
orgasmus & inordinatus humorum circulus, excre-
tionesque nimiae subtiliorum humorum produci
possunt.

§. XI.

In Fluidis Cachexiae causa prædisponens est ca-
cochymia, sive ut ex mente magni Boerhaavii lo-
quar, ea humorum qualitas, quæ lædit functiones.
Ad cacochymiam referuntur nimia tenuitas, tenaci-
tas ac acrimonia humorum, quæ ultima cacochy-
miæ species cum alterutra priorum sœpissime con-
juncta invenitur.

Si *nimia tenuitas & dissolutio* in humoribus ad-
est, per transpirationem, sudorem & alias excretio-
nes plus evacuatur quam retinetur, unde præser-
tim si simul calor solito major urget, aut nervo-
rum irritabilitas est nimia, lenta provenire potest
emaciatio, ac solidæ partes nimis laxantur, quare
hinc etiam ea mala accidere possunt, quæ a nimia
solidorum debilitate oriuntur. Plerumque in te-
nuitate humorum nimia partis rubræ sanguinis &
pinguedinis defectus adest, hinc quoque minuitur

tunc calor nativus corporis, qui ut ex Physiologia constat, oritur ex conquassatione partium rubrarum & phlogisticarum sanguinis, earumque attritione ad latera vasorum continentium.

Tenacitas & spissitudo nimia humorum potest esse varia, scilicet phlogistica, si nimium adipis sanguini est admixtum, quæ si biliosa acreo ei jungitur atrabilaria quoque vocatur; tartarea & caseosa, si materia quædam terrea aut chyli crudi coagula inveniuntur; spissitudo pituitosa & mucosa, quæ ut plurimum in cachexia invenitur, unde etiam in ventriculo & primis viis talis generatur mucus concoctionem lœdens. Spissitudo autem humorum facit circulum humorum tardiorem, retentionem evacuandorum, secretionesque impedit, & est causa stagnationis humorum & variarum obstructionum, quæ facilime accidere solent in iis partibus, ubi circulationis humorum est tarda, ac vasa minima adsunt, quæ facile comprimi possunt a partibus ambientibus, ut in visceribus abdominalibus & glandulis, quare obstructions ut plurimum disponunt ad Cachexiam, in primis si viscera chylopoea obdident unde chyli bona præparatio ejusque adscensus in sanguinis circulum impeditur, ac ideo prima nutritio nisi requifita (§. IV. n. 1, 2.) lœduntur. Humorum tenacitas multum augetur ab humorum nimia quantitate, quæ vasa comprimit, & actioni cordis in fluida nimis resistit, unde eatenus etiam Plethora cachecticam dispositionem inducere potest.

§. XII.

§. XII.

Acrimonia humorum maxime depravat nutritionem, dum corruptit chylum & liquorem nutrimentum, qui naturaliter acris esse non debet. Hæc potest esse vel in omnibus humoribus, vel in quibusdam, & dividi solet in acrimoniam acidam, alcalescentem, muriaticam & oleosam sive rancidam.

Acrimonia acida in primis viis impedit concoctionem & assimilationem ingestorum, bilem ener- vat, unde chylificatio corruptitur: si in vasis sanguiferis adest, facit secessionem seru a sanguine, eorumque insipissationi occasionem dat, præsertim si humores jam per se ad statum viscosum inclinant, & chylus nimis crudus sanguini admiscetur, hinc prædisponit ad pessimas obstructions & scirrhos.

Acrimonia alcalescens proprie est ea dispositio humorum, qua ad putredinem inclinant. Hæc plerumque nimia humorum dissolutioni juncta est, unde præter ea mala, quæ ex tenuitate nimia humorum oriuntur (§. XI.), etiam inducere potest dispositionem hecticam & lassiones viscerum.

Acrimonia muriatica humano corporis proprie non est familiaris, sed iis accidere solet, qui sale & cibis sale conditis multum utuntur, aut qui in locis maritimis degunt, vel etiam, quibus ex quavis causa per urinarias vias sal commune assumptum non satis evacuatur. Hæc fibras facit rigidas, quod videre possumus in carne muria salis condita, cujus fibræ multo rigidiores inveniuntur, quam fibræ in

alia

alia carne recenti & infusa. Humores quoque facit immutabiles & ineptos, quin mutationes naturales rite subire queant, & hinc etiam nutritioni officit. Hæc vero acrimoniaz species non tam frequenter observatur in cachexia, & multo minus acrimonia rancida, quæ tamen adesse videtur in ea cachexia, quæ oritur a lue venerea, ubi præcipua est causa cariei ossium.

Huc & aliæ cacochymiaz specificæ referri possunt, ut cacochymia *scorbutica*, quæ sanguinem crassum & grumosum facit, & serum tenui & acre; cacochymia icterica & biliosa, quæ totam sanguinis crassia dissolvit, & ad hydropem disponit; cacochymia *venerea* etiam huc pertinet.

§. XIII.

His jam recensitis causis annumerari possunt morbi prægressi, *hepatitis* in scirrum & induratiōnem hepatis transiens, *icterus*, *febres intermittentes* pertinaces præfertim quartana diurna, *haemorrhagiae magnæ*, *haemorrhoides* nimis fluentes vel suppressæ, *diabetes*, ut & *fluxus menstruus* vel impeditus vel nimius, *vermes* in intestinis. Quæ omnia, dum vel sanguinem nimis evacuant, vel ei malam qualitatem inducunt, ac viscerum functiones pervertunt, nutritionis bonæ negotium impediunt.

Circuli sanguinis inæqualitas hic etiam non prætermittenda videtur, quippe quæ occasionem dat, ut una pars corporis magis nutritur, quam altera,

ra,

ra, si scilicet pars sanguinis nutritia ad aliquam corporis partem justo majori adfertur copia, unde macrescunt reliquæ corporis partes. Sic saepe vides in hominibus ad phthisin dispositis, quod eorum caput bene nutritatur, eorumque facies appareat florida & carnoſa, tabescentibus interea inferioribus corporis partibus: idem & observatur in infantibus rhachiticis. Hæc circulationis inæqualitas in primis oritur in abdome, ubi propter debiles vires sanguinem moventes & facilem vasorum compressionem, maxime vero propter obſtructiones ibi ortas suffocatur circulatio, unde sanguis majori copia in alias corporis partes transire cogitur.

§. XIV.

Causæ occasioñales Cachexiæ sunt 1.) *Aer & calor aestuans*, qui fluidiora sensim consumendo partes solidas exsiccat. *Aer pluviosus & nebulosus* conjunctus cum frigore, qui elasticitatem solidorum minuit, ac ideo occasioñem dat cachexiæ ferofæ, & transpirationem impediendo retinere facit partes crassas & recrementitias.

2.) *Ciborum assumentorum nimia copia aut mala qualitas*, cibi nimis tenaces, acidi, austeri, nimio sale conditi, cibi farinacei non fermentati, fructus horæ immaturi. Tales namque cibi plerumque occasioñem dant saburræ viscidæ & acidæ in primis viis, debilitatæ digestioni, unde chylus crudus & malam ciborum qualitatem retinens generatur, & deprava-

ea prima coctione depravatur etiam secunda & tertia,
ac ansa datur obstructionibus glandularum mesarai-
carum ac viscerum chyloceorum. *Potus nimius*,
præsertim aquæ calidæ, ut potus theæ aut coffeeæ, qui
si nimis ingurgitatur, debilitat ventriculum & humo-
res nimis attenuat.

3.) *Motus nimis austus vel immutus*, a quibus fere eadem incommoda producuntur, quæ ve-
niunt a robore & debilitate solidorum nimis. (§. X.)
Præsertim turbantur a motu vel quiete nimis & im-
tempestivo tempore institutis secretiones & excretio-
nes, quarum prior functio magis indiget somno &
quiete corporis, sed posterior magis absolvitur mo-
tu & vigilia, nisi hic fortasse excipiatur excretio, quæ
fit per transpirationem insensibilem, quoniam secun-
dum verba Sanctorii in ejus Stat. Med. sect. V. aph.
X. motus præparat corpora ad excretionem excre-
mentorum sensibilium & insensibilium: *quies magis*
ad insensibilium.

4.) *Vigilie nimiae* a quibus humores subtilio-
res nimis dissipantur, nec corpori restituuntur ea, quæ
abierunt, unde etiam habitus corporis externus mar-
cescit ex vigiliis nimis. *Somnus nimius* idem facit,
dum in eo transpiratio fit nimia, & præterea humo-
ribus lente inducit dispositionem inertem & mucosam.

5.) *Excretiones nimis quæcæ*, præsertim humo-
rum nobiliorum, a quibus propter imanicionem va-
sorum lensus corpori inducit marasmus, vel etiam
leucophlegmatia, si actio solidorum non satis fortis
est.

est ad humores subigendos & bene miscendos. *Excretiones nimis immunitæ* unde ex mora & stagnatione excernenda corpori fiunt inimica, & acredine sua reliquos inficiunt humores.

Secretiones nimis austæ, quæ tunc potissimum contingunt, quando circulus sanguinis est debilis & sanguis non bene mixtus, unde serum tunc abit in habitum externum, ibique cedemata facit. *Secretiones immunitæ* oriuntur a vasorum obstructione, contractione spastica, a motu & excretionibus nimis. Hinc si humores nutrientes non satis secernuntur, ea quæ ablata fuerunt, corpori non reddituntur, unde & sic totum corpus marcescere potest.

6.) Tandem animi affectus hoc etiam aliquid facere possunt, et si nesciamus, quo id fiat modo, nam experientia constat, quod si affectus tristes, invidia, desiderium nimium, animam nimis & diu agitant, corpori talis inducatur dispositio, ut minus & male nutritur, ejusque habitus inde laedatur.

S. XV.

Omnes hactenus enarratæ causæ (§. IX - XIV.) pro diversa sua actione corpori humano tales inducere possunt constitutionem, ut ejus functiones laedantur, & hinc quoque exæ actiones, quæ ad nutritionem necessariæ sunt, & superius (§. IV.) adductæ fuerunt, depraventur, ac tantum & tale, quantum & quale de corpore deperditum erat, non restituuntur, sed corpus potius inutilibus & nocivis

humoribus repleatur, qui statim corporis vocatur mala & depravata nutritio. (§. VII.) A nutritio-
nis vero depravatione laeditur etiam & vitiatur cor-
poris habitus, atque adeo simul ab his causis in-
ducitur Cachexia. Supra autem (§. VII.) jam vi-
sum est, habitum externum praecipue duplo modo
posse vitiari, hinc quoque duæ in primis sunt Cae-
hexiæ species, scilicet si habitus corporis externus au-
getur & infarcitur ab humoribus impuris & serosis,
& tunc vocatur Leucoplegmatia; si autem immi-
nuitur præternaturaliter & tabescit propter deficien-
tem corporis nutritionem, nominari solet Atrophia,
Tabes & Murasmus.

§. XVI.

In *Leucoplegmatia*, quæ si in virginibus adest
vocatur *Chlorosis*, facies appetet pallida, tumida &
aliquando livida, præsertim sub oculis, cedemata ori-
untur in variis corporis locis, præsertim in pedibus,
habitus externus est laxus & mollis, pulsus est par-
vus, mollis ac interdum intermittens, respiratio par-
va, & in motu corporis paulo fortiori molesta, fre-
quentes sentiuntur anxietates & palpitationes cor-
dis, calor vitalis & corpori insitus est justo minor,
unde frigescunt artus extremi. His accedunt con-
coctio difficilis, ructus acres & nidorosi, flatulen-
tiae in intestinis, gravitatis & torporis sensus in to-
to corpore, hebetudo sensum & segnities ad labo-
res subeundos. In virginibus & mulieribus utplu-
rimum

trum mensum defectus, fluor albus, aut passio
hysterica hisce sunt conjuncta.

§. XVII.

Hæc omnia hujus morbi symptomata docent, in
eo fluida vires cordis, pulmonis & omnium vaso-
rum continentium superare, unde actio cordis non
satis fortis est ad motum suum systolicum perficien-
dum, & pulmo a nimia humorum copia obruitur.
Hinc est, ut sanguinis circulatio & vitales actiones
languent, & humores non satis misceantur & mu-
tentur, unde oritur dyscrasia omnium humorum,
inopia partis rubræ sanguinis, abundantia nimia se-
ri, quam ulterius testatur sanguis venæ sectione
eductus, qui parum crux & plurimum seri con-
tinet. Quare non mirum est calorem corporis na-
turalem imminui, & habitum externum fieri la-
xum & cedematosum, faciem pallescere, decolorari
& tumefieri a sero lymphaque stagnanticibus in vasis
subcutaneis & minimis aut etiam in tunica cellulolo-
sa; quia enim tonus horum vasculorum & cutis
non satis fortis est ad propellenda & subigenda con-
tentia, hinc ea laxantur & expanduntur ab humo-
ribus contentis. Ex debili tono & amissa elasticiti-
tate fibram solidarum ac circulationis languore
transpiratio sanctoriana etiam impeditur in leuco-
phlegmaticis, hinc liquida ingesta in iis magis per
urinam excernuntur, quæ ut plurimum est pallida
& cruda, ac ideo mala humorum craseos est si-

C 3 gnum

gnum. Degenerante sic sanguine a statu sano in aquosam & inertem naturam, humores etiam ex eo secreti ejus indolem retinent, pinguedo sit mucosa, saliva, succus gastricus, lympha pancreatis & bilis, solvendis cibis redduntur inefficaces, quibus simul accedunt viscerum chyloperorum vicia, ventriculi & intestinorum atonia; hinc facile perspici potest, bonam ingestorum solutionem & chyli bonam elaborationem fieri non posse, sed cibos assumtos potius pro diversa sua indole in glutinosam, acrem, acidam & rancidam faburram abire, & chylum crudum generare ac corporis nutritioni ineptum, qui in sanguinem allatus humores reddit cacochymicos. Sic patet, cur ruetus nidorosi & acres acidive descendant? cur intestina saepe flatibus & borborygmis infestentur: scilicet, quia a spontanea corruptione ciborum aer ex iis extricatur, qui rarefactus expandit ventriculum & intestina, & sibi vel per superiora vel per inferiora exitum querit. Ex debili & languente motu peristaltico intestinorum, bilisque defectu leucophlegmatici quoque saepe obnoxii redduntur obstructioni alvinæ, quæ in tali casu optime expugnatur cortice peruviano & roborantibus. Ex laisis autem functionibus vitalibus & naturalibus animales functiones quoque male se habent, nam quia propter viscerum & solidarum partium debilitas actiones ex chylo crudo & sanguine impuro succus nutritius sit ineptus ad nutriendum, & serum propter circulationis impeditioinem stagnat.

in

in vasculis minimis, repletio vasorum non rite administratur & mala sit humorum distributio, hinc fibrae solidae ad contractionem ineptae redduntur, eamque robur perit, (§. VIII.) unde musculi fiunt flaccidi, & sensus corporis ac gravitatis oritur in toto corpore, nervorum actio debilitatur, & sensuum hebetudo producitur, quæ una cum segnitie ad labores indicat cerebri nimiam laxitatem, ac spirituum animalium ex sanguine secretorum inopiam: ideo quoque ex inexplicabili hactenus animi cum corpore sympathia, leucophlegmatici saepe inveniuntur meticulosi & indifferentes ad res externas. In se-
xu foeminino mensum defectus, aliquando hujus morbi est causa, saepe autem ejus effectus, dum propter penuriam boni sanguinis & vires languentes vasa uterina a serosis humoribus opplicantur, unde etiam fluor albus aut hysterica passio accide-re possunt, praesertim si aliqua a credo in humo-
ribus & nervorum debilitas adsunt.

§. XVIII.

Ex iis, quæ in paragraphis duobus præceden-
tibus attuli, facile elucescit, causas ejus prædisponen-
tes sitas esse 1. in nimia solidorum & nervorum
debilitate (§. X.); 2. in nimia sanguinis tenuitate
& serosite ac paucitate globulorum rubrorum in
sanguine (§. XI.); & 3. in omnium virium & fun-
ctionum debilitate ex his proficidente. Quibus
omni-

omnibus occasionem dant causæ externæ, aër humidus & frigidus, cibi dyspepti, potus nimius, motus progressivi intermissio ac somnus nimius. (§. XIV.). Pro causarum vero diversitate Leucophlegmatia vel est *idiopathica*, si causæ ejus primariae sunt sitæ in constitutione corporis naturali, & tunc constituit temperamentum sic diætum phlegmaticum; vel est *symptomatica*, si causæ ejus principales & proximæ sunt diætæ vitia & morbi prægressi, ut febris quartana diuturna, icterus, obstructio viscerum abdominalium, hæmorrhagiae magnæ, mensium fluxus nimius (§. XIII.). Immo etiam menstrua suppressa in harum censum veniunt, quoniam tunc sanguis retentus ex stagnatione vitiatur ac ad partes superiores regurgitat, unde humorum bona constitutio pervertitur, & ex laesia viscerum actionibus chylopoiesis sit mala, unde crudi humores in corpore accumulantur. Sic & humorum acrimonia huc pertinet, præsertim acida (§. XI.), quæ a debili statu ventriculi & liquorum concoquentium inertia oritur, cum fere omnes cibi ex sua natura magis ad aciditatem inclinant, & in primis viis parum mutati chylum acidum in vasa lactea transmittunt.

§. XIX.

Leucophlegmatia si diu durat, nisi tollantur ejus causæ, tandem solet abire in lethargum vel apoplexiā; vel etiam in hydropem anasarca, a qua patrum distat, & ascitem, quod præsertim accidit, si hepar

hepar est scirrhosum aut ductus choledochus obstru-
ctus, unde bilis retrocedere coacta totam sanguinis
massam corrumpit. Immo etiam in tabem termini-
nari potest, si status adest calidus & magnæ sunt
humorum excretiones.

§. XX.

Nunc accedo ad alteram cachexiae speciem, quæ
quatenus a depravata & simul imminuta nutritione
eritur, atrophia audit; quatenus autem habitus cor-
poris in ea marcescit, vocatur *tabes* & *marasmus*.
Et quatenus leucophlegmatia superioribus paragra-
phis descripta humidam cachexiam designat, ita hæc,
quam nunc describere ordior, exsiccationem potius
& humiditatis naturalis defectum secum gerit. Hæc
aliquando fere easdem causas habet cum leucophle-
gmatia, & hinc ex leucophlegmatia facilis est tran-
itus ad atrophiam. Plurima quoque symptomata
inter ambas species sunt communia, exceptis iis,
quæ atrophiam proprie a leucophlegmatia distin-
guunt. Sæpe autem a causis singularibus & diver-
sis oriri solet, unde diversæ ejus enascuntur species.
Commodissime tamen in duas species dividi potest;
nempe in atrophiam cum obstructionibus conjunctam
ac ab iis productam, & in eam, quæ est sine obstru-
ctione, saltem notabili.

§. XXI.

Atrophia prima species, quæ oritur ex matri-
tionis defectu propter obstructiones viscerum & glan-
dularum, infantili & juvenili ætati maxime est familia-

D

ris.

ris. Hujus plerumque comites sunt: concoctionis difficultas, viscida & acida in primis viis faburra, appetitus aliquando nimius aliquando nimis deficiens, alvus inordinata. Sæpe adest lienteria, dum chylus simul cum fecibus permixtus excernitur, ut & anxietas & palpitatio cordis, quæ oritur ex sanguinis circulatione in abdomen impedita ab obstructione viscerum, quare is magis ad superiora adscendit, (§. XIII. in fin.); unde fit, ut facies, quæ alias in atrophicis est pallida & decolor, interdum rubra & tumida appareat. Hæc modo recensita symptomata atrophiæ cum leucophlegmatia sunt communia (§. XIV.), sed ea etiam alia propria habet, quibus ab altera discerni potest. Facies scilicet atrophicorum infantum est flaccida & marcescens, lurida vel ad nigredinem inclinans, totus habitus externus tabescit, sensus ponderis adest in abdomen, & externe in eo vel appetere visibiliter, vel tactu detegi potest tumor & duries, in primis in regione umbilici; ac scrophulæ & tumores glandularum inveniuntur in collo vel in aliis corporis partibus. His infantibus cutis adeo flaccida est, ut in amplissimas plicas se extendi patiatur; pinguedo autem omnis, præsertim ea, quæ inter lacertos musculorum, est ita consumta, ut putaret quis, nullum musculum superesse, & meritis ossibus cutim superinductam esse; cum tamen musculorum eis valde attenuatorum præsentiam motus superstes doceat. Hæc consumptio in primis in glutæis musculis appetet, qui nunc non prominent,

ut

ut in natibus formandis solent, sed potius cavitatem faciunt, quasi skeleton esset. Cutis talium infantum plerumque squalida, fœdibus fœda est, nam propter circuli sanguinei debilitatem colliguntur in poris tenaciores humores. Solum abdomen his ægrotis tumet, omnes reliquæ partes extenuantur. Memorabile est, nervorum & cerebri officium plerumque salvum manere, imo pro ætatis ratione augeri, sunt enim prudentes, acuti, judiciosi hi pueri, sensibus maxime vigent, ut videatur eam partem spirituum nervosorum, quæ nutricioni debebat impendi (§. V.), in hoc morbo sensoris organis quasi mutuo dari.

§. XXII.

Sectiones corporum hoc morbo mortuorum docuerunt, glandulas, in primis mesaraicas & eas quæ cum his connexæ per totum dorsum adscendunt, tundidas, duras, coeruleas vel nigras fuisse; quin & pancreas totum scirrhosum & fere lapideum, ut & glandulas miliares intestinorum instar granorum fabuli duras. Præterea in cellulosa tela intestinorum, præsertim etiam in ea ampla cellulositate, quæ sub peritonæo in pelvi circa vesicam & partes genitales internas est, collectio copiosa muci tenacis, sæpe viridescentis, ad pondus plurium librarum adscendentis inventa fuit, propter quem copiosum in pelvi mucum intestina ad superiora & versus diaphragma propelluntur, ut tumor talis infantis fere cum tumore gravidæ fœminæ comparari queat. In toto

D 2

reli-

reliquo habitu & circa viscera ne granum pinguedinis reperitur. Unde infantilis hujus atrophiae causa proxima videtur in mesenterii vitio hærere, per quod chylus transire impeditur, ejusque particulae per pores membranarum successive transpirantes in mucum densantur, reliqua corporis organa autem chylo & nutrimento privantur, quia sic chyli adscensus in sanguinis circulum (§. IV. n. 2.) impeditur. Remotæ autem causæ in infantili & puerili ætate sunt præcipue 1) laxitas nimia solidorum (§. X.), sive ex diæta sive ex morbo prægresso traxerit originem; 2) vietus pro ratione tenelli ventriculi crassior, puls farinacea, panis ater sine aromate, acerba, acida, cruda, non fermentata, caseus recens pressus & similis. 3) Quies in cunis & sellis nimia, compresio abdominis, præsertim si 4) humidus aëris, habitatione in locis ad scorbutum pronis accedit, ac 5) animi mœror, qui sæpe in infantibus major, quam quis crederet. Omnes hæ causæ functiones viscerum depravant, liquores concoquentes, præsertim bilem enervant & corrumpunt, unde producitur ex ingestis non rite mutatis chylus crudus acidus & viscosus, qui partim obstruendo vasa lactea, glandulas mesenterii & reliquas corporis glandulas, partim malam qualitatem sanguini inducendo pessima mala producit, & totius corporis nutritionem impedit.

§. XXIII.

Sed & aliæ cachexie marasmodes cum obstruktione

Etione viscerum in reliquis æstatibus provectionibus oriuntur; præsertim, si vena portæ ex hepatis quo-cunque virio & induratione impeditur, quo minus sanguinem ex reliquis visceribus advectum, transmittere possit in venæ cavae ramos hepar aedeuntes. Nam hinc sit, ut sanguis regurgitans in venas mesenteri, pancreatis & splenis, earum partium glandulas red-dat varicosas tumoresque in iis pariat, ac splenem infarciat. Tales tumores & indurations viscerum tunc etiam externe possunt animadvertisse, qui sub de-xtro hypochondrio hepatis, & sub sinistro lienis in-farctum indicant; si autem in regione umbilici ad-sunt, potissimum veniunt a mesenteri & pancreatis intumescientia. Ratione materiæ obstruentis (§. X.), haæ obstructiones dividi possunt in *sanguineas* & *atra-bilarias*, quæ scilicet orintur a sanguine & bile in-spissatis; & in *serosas*, *mucosas* & *tartarea*s, quæ ori-ginem suam sumunt ex fero viscido, mucoso & ma-teria terrestri, sive potius fæce chyli crudi. Ut a prioris generis obstructionibus producitur cachexia icterica, & atrophia, quæ cum malo hypochondria eo & melancholia est conjuncta; sic a posteriori ma-gis excitatur illa atrophia, quæ cum doloribus artu-um rheumaticis, arthriticis, osteocopis, cum tussi sieca, urina tenui, variis etiam nervorum morbis est combinata.

§. XXIV.

Cachexia quæ oritur ex viscerum abdominalium laesæ functionibus & obstruktione, sæpe a natura cu-

D 3

ratur

ratur per febres intermitentes, dum per eas iterum resolvitur & evacuatur id, quod per varias diætæ injurias ibi aggestum & concretum erat; ac per eas febres, quas Baglivius mesentericas vocat, quæ cum diarrhœa utplurimum sunt junctæ. In viris etiam obstrunctiones tales sæpe per hæmorrhoidalem fluxum levantur. Sed si obstrucþio est pertinax, magna humorum acrimonia, si hepar aliudve viscus est scirrhosum, sæpiissime abire solet in hydroponem, icterum lethalem & phthisin.

§. XXV.

Altera atrophiæ species proprie *tubes* vocari solet, & non tam a viscerum obstrunctione, quam a magna vasorum inanitione & repletionis bona depravatione ac imminutione oritur. Hæc interdum in initio est conjuncta cum statu corporis cedematoso, & proprie cognoscitur ex signis atrophiæ communibus, pallore & marescentia faciei, habitus externi tabescientia, & omnium virium languore. Frequentes simul adsunt phlogoses, sudores nimii & diarrhœas, urina chylosa sive diabetes, & uno verbo excretiones nimiae: quare hæc sæpiissime sub veræ phthiseos specie fallit, a qua tamen proprie distingui debet, quod non fiat cum consumptione purulenta pulmonis & viscerum, nec sputa purulenta, aut aliae excretiones purulentæ observentur, neque febris hectica adsit; etsi interdum calor levissime febrilis & sanguinis orgasmus sentitur, & sæpe phthiseos veræ sit initium. Hæc igitur

tur cachexia atrophica, quum sine viscerum l^esione esse supponatur, in solo habitu corporis sedem & causam necessario habet, ideoque cachexiae titulum justissime meretur. Et causa quidem proxima vel in solidorum statu perverso, vel in fluidorum ad nutritionem ineptitudine querenda est. Remotiores autem causae plures sunt, pro quarum diversitate totus hic morbus varia schemata affert, illorum aliqua exempli causa proponam.

§. XXVI.

Una cachexia atrophica a solo senio est, & propterera marasmus senilis vocatur omnemque medelam respuit: sunt enim decrepiti senes, quibus nullum non viscus viger, solus habitus externus exsiccus est, vasa magna prominent, minora cuncta oblitterantur & concrecent, cutis dura, rugosa, fusca, quasi fulmo indurata, nulla infra pellem pinguedo, ligamentorum omnium accurratio, muscularum rigor, articulorum immobilitas, macies extrema cum certa morte secutura. Hic senilis marasmus a vitio solidorum nimis rigidorum (§. X.) necessario depender.

§. XXVII.

Quemadmodum & in illa cachexia tabida, quae ex animi vitio & affectibus (§. XIV. n. 6.) est ac phthisis nervosa nominatur, pr^{ae}primis solidae partes afficiuntur, siquidem animi efficacia in solidas partes est immediata, in fluidas autem nulla nisi per solidas.

Cer-

Certe quotidie novis exemplis firmatur, hominem sanissimum, sive juvenis sit sive senex, solis animi vehementibus & protractis studiis marcescere; id in primis ex curis & ex interno mero, ex vanis desideriis, ex avaricia, clandestino amore & similibus affectibus contingit. Ex horum hominum externo habitu legi & oculis fere cerni potest interni animi constitutio, oculi enim cavi sunt quoniam pinguedo orbitalis consumitur, eminent jugalia faciei ossa ob pinguedinem que inter faciei musculos haeret, liquata, cutis fit laxa & pallida, totus denique habitus marcescit, etiam si cibum sufficienter sumant eumque commode concoquante, ac etiam reliquorum viscerum functiones nil detrimenti cepisse videantur. Observatum est in hoc morbo dorsales musculos, qui scilicet proxime ad medullam spinalem adjacent, omnium primos & maxime consumi, quare a non nullis tabes dorsalis vocari consuevit. Haec atrophia vix nisi per mutatum animi statum curabilis est, ac si diu durat, accidente febricula terminatur in phthisin.

§. XXVIII.

Similis cachexia atrophicæ species a magnis doloribus perpetiendis inducitur propter nervorum actiones laesas (§. X. in f.). Magnus enim dolor omnium nervorum tonum auget primo, posthac destruit & debilitat, quare qui vehementer dolet, sive capite sive ab domine vel & in artubus, satis celeriter marcescere solet, ut in iis, qui calculo vesicali, arthritide

de sœva, aut diurna cephalæa laborant, accidit.
Etiam hic morbus, nisi levare queat, incurabilis est
& in phthisin transire solet.

§. XXIX.

Sæpe etiam observatum est *vermes*, (§. XIII.) lumbricos & ascarides causam fuisse atrophiarum, & plurimum quidem in infantibus, interdum etiam in adultis, qui in muco stomachi & intestinorum hærentes, ac ibi sub rugis tunicæ villosæ latitantes partim chylum consumendo & depravando, partim solidas partes nimium irritando toti corpori dispositionem atrophicam inducunt, & nutrimentum demunt. Horum effectus & signa sunt nausea, vomitus, interdum & fames nimia, alvus modo nimis laxa modo nimis adstricta, tormenta intestinorum, quandoque etiam animi deliquia, deliria & insultus epileptici. Quæ symptomata turbatas systematis chyloœci & nervosæ functiones satis certo declarant, & quia plurima eorum etiam adsunt in reliquis cachexiarum speciebus, primo intuitu vermium præsentiam non admodum clare ostendunt, unde certissimum eorum signum est, si quidam eorum per alvum exierunt.

§. XXX.

Uti autem ex solidorum vitio, ita multo magis ex fluidorum malo statu habitus externus extenuari solet sine viscerum manifesta lœsione, etsi successiue

E visce.

viscerum etiam deperditio succedere soleat. Ut aliquot exempla ejusmodi atrophiae recenseam, ecce 1.) bibaculum hominem spirituorum liquorum continuum potatorem; cave si tibi obvius est ne offendas, nam levis est instar plumulae, ut flatu tolli possit in auras, pro pedibus duo baculi sunt sine suris, totum corpus skeleton refert cute tectum solo capite excepto, quod rubellum vividis oculis & volubili lingua præditum est. Hæc *cachexia quam potatorum nominare fas est*, diu satis toleratur, tandem, si vox raucescit, accidente tussi & febricula in phthisin mutatur. Spiritus enim vini inspissando & coagulando serosas partes, has ad nutritionem ineptas reddit.

1.) *Cachexia icterica* oritu a bile acri per humores diffusa, sive icterus verus præcesserit, sive in hepate (§. XIII.) vitium sit, quod bilis secretionem ex sanguine impedit; vel etiam quod frequentissime observatur, si ex quacunque causa biliose acrimonia per urinam excerni impeditur. Hi exquisite marcescent, flavescentem colorem habent, pruriunt ac lassifl sunt, nam blanda & naturalis mucilago humoribus deest qui a sale abundante nimis acres facti potius destruunt, quam generant solidas fibras.

3.) *Cachexia atrabilaria* præsertim ab exanthemate repulso, aut antequam quartana febris se manifestet, uti & ex aliis melancholæ causis ac spissitudine sanguinis atrabilaria (§. XII.) accedere solet. His color plumbeus ac terrestris est, cutis pertinaciter

citer obstructa, nulla transpiratio, quare naturalis cutis splendor perit, sape crinones, id est sordes nigræ ex cryptis unctuosis cutaneis instar vermiculorum propendent, cum appetitu bono & quandoque aucto, visibiliter emaciantur, præterea torpidi & animo tristes incedunt, donec humor atrabilarius evacuatus vires & formam restituat.

4.) A *scorbuto* frequentius quidem tument homines, tamen etiam extenuari observantur, præprimis si falsa vel muriatica acrimonia (§. XII.) juncta sit.

5.) Multo magis a *venereo veneno* produci solet, quod si non rite expurgatur, omnem pinguedinem acrem atque erodentem reddit, ut non modo ulcera insanabilia passim per corpus fiant, sed totus etiam habitus nutritione, quippe quæ etiam adiposis particulis necessario eget, privetur. Præterea foedus hic morbus cutim omni modo deturpat, maculas purpureas, pustulas viridescentes, nodos, verucas carneas & id genus elegantias parat, dolores atrocissimos infert, paralyses & immobilitates artuum & sexcenta mala facit, ac nisi recte curretur, in phthisin transit.

6.) Neque minoris momenti est *cachexia putridenta* quæ ex pure cujusdam abscessus in sanguinem resorpto, imo gravior etiam, quæ ex *cancroso* aut *ulceroso* ichore suppresso oritur nam summa inde acrimonia partes solidas cito destruit, successive viscera quoque erodit & in hydropem terminatur

natur aut phthisin. Quo & referri debet ea acri-
monia, quæ a carioso ichore offis cujusdam non ri-
te evacuato, sed in humores resorpto oritur, forte
omnium minime sanabilis. Retraho autem mantum,
plures enim sunt ejusmodi humorum depravatio-
nes, unde nutritio impeditur, quarum frequentissi-
mas solas adducere animus fuit. Hæc igitur pro
scopo sufficient. Cæterum, si quid erratum aut
minus accurate dictum est, veniam spero a B. L.
consideraturo, me hic tantum retulisse ea, quæ pro
tenuitate ingenii mei, & hactenus absque artis exer-
citio ac sufficienti ad morborum naturam exactius
inquirendam judicio, addiscere potui.



THE.

THESES.

Medullosa cerebri substantia constat **ex**
vasculis.

II.

Cor non est unica circulationis sanguinis
causa.

III.

Non datur aér inter pleuram & pulmones.

IV.

Animalcula spermatica non sunt primum
fœtus rudimentum.

V.

Dolor ex irritatione tendinum & membra-
narum fit mediantibus nervis.

VI.

Bilis naturalis non est humor nocivus & ex-
crementitius.

VII.

Somnus nimius inspissat humores.

VIII.

Medicamenta roborantia in morbis chrono-
cis aliquando nocent.

PER-

440 (38) 89

PEREXIMIO AC DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO
AUDITORI SUO DILECTO
GODOFREDO WILHELMO
NEUHAUS

SALUTEM PLURIMAM PRECATUR
ET SUMMOS IN MEDICINA HONORES
GRATULATUR

CHRISTIANUS AREND SCHERER
MED. DOCT. ET PROFESS. PUBL. ORD.
H. T. ACAD. DUISBURG. RECTOR.

Vulgare quidem medici nomen, sed rarus verus medicus. Hoc dipterium paucissimis licet verbis rei tamen maxime adæquatis verum medicinæ & medicorum statum etiam hodiernum quoad naturam & veritatem repræsentat: multi enim hominum doctorum ita dictorum illotis quasi manibus sacram hanc artem, quæ circa nobilissimum corpus humanum a Deo Optimo Maximo non imperiali verbo, ut coetera, creatum, sed propria ipsius sum-
mi

mi artificis Creatoris manu fabrefactum versatur, empiricorum indoctorum more tractare solent. Verum ille doctor tantum meretur nomen veri medici, qui non solum corpus humanum probe novit & artem suam rite intelligit sed & qui illam eloqui & cum aliis communicare valet. Tu Nobilissime Domine Candidate felicissimo consortio hasee veri medici optimas qualitates omni studio junxisti. Monstrar & inter alia multa præsens hoc dissertationis Tuæ inauguralis specimen veritatem assertio[n]is meæ ad ipsum oculum: Tu enim non solum corpus hominis ex asse sapis & statum ejus tam sanum quam ægrotum rite perspicis & medias optima cognoscis, sed & scientiam Tuam adæquatis verbis exprimere ac describere didicisti. Gratulor ergo ex animo de studiis academicis ad hunc terminum perductis. Gratulor de hoc eleganti eruditionis Tuæ specimine. Gratulor de summis in arte nostra honoribus. Gratulor parentibus Tuis de filio optimæ spei & ut his in posterum gaudia quævis a Te speranda, ita & Tibi quævis bona ex toto corde appreco[r]. Vale & fave. Deproperabam Duisburgi d. 4. Jul. 1764.



VIRO

400 (40) 879

V I R O
NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE
GODFRIDO WILHELMO
NEUHAUS

S. D.
JO. GOTTLLOB. LEIDENFROST
MED. DOCT. ET PROFESS. PUBL. ORD.
H. T. FACULT. MED. DECAN.
ACAD. REG. SCIENT. BEROL. ADJ.

Cachexiaæ morbo, quam in dissertatione Tua inau-
gurali egregie descriptisti, ejusque varias classes, cau-
fas effectusque pro ingenii Tui ubertate fere me-
lius quam usquam alias proprio marte, animo cun-
cta phænomena versans docte & utiliter distinxisti,
huic inquam morbo opponitur a græcis medicis
ἰνεξία, bonus habitus, quem GALENUS ad acci-
dentialitatis refert, æstimando quod qui sanus
est hæc tria habere debeat, *functionum integratatem*,
pulchritudinem atque bonum habitum. Terminus au-
tem οὗτος aut habitus quo medici utuntur duplēm
significatum habet, namque vel indigit *aptitudi-*
nem

Q31

nem ad aliquod officium præstandum, quo sensu etiam in communi sermone usurpatur & a græcis medicis frequenter adhibetur, vel designat eas corporis humani partes quæ ad machinam vitalem non pertinent, quæ significatio solis medicis propria, neque in aliis scientiis usitata est. Corpus enim humanum ex dupli substantia, vel ut sic loquar ex dupli corpore componitur, ex machina & ex habitu. Machina comprehendit viscera vitalia, in quibus motus mechanicus obtinet, id est talis, in quo status præsens ex statu immediate prægresso necessario determinatur, idemque status præsens statum immediate secuturum ita determinat, ut quamdiu machina salva est, aliis quam hic idem effectus sequi nequeat. Ad hanc machinam refertur motus cordis, pulmonum, arteriarum, venarum, nervorum, intestinorum & viscerum cum suis valvulis, muscularium fibrarum ordinibus & reliquis sic dictis mechanismis, nam hæc omnia in corpore humano ita cohærent, ut earum rerum vel leviter peritus mechanicam, id est, necessariam eorum motuum sequelam facile pvideat. Hæc autem machina vitalis corporis involuta & investita est in alia substantia non mechanica, cuius motus non necessarii nec necessario ordine sequuntur, quam igitur habitum vocamus nos medici, quia ἡχει, habet, continet complectitur machinam ut vestis complectitur artus. Nam variis in linguis, græca, latina & gallica

lica *est*, *habitus*, *un habit*, significat vestem & exteriorem corporis amictum. Constat nimurum *habitus* corporis humani ex iis partibus quibus homo carere atque tamen si non perfecte tamen utcunque vivere posset, membris externis, organis sensoriis, musculis motoriis, pinguidine, glandulis, pilis, unguibus & ejusmodi. Quæ partes etiamsi vi- liori titulo gaudeant, ideoque minoris momenti es- se videri possint præ illis visceribus sic dictis nobi- lioribus, tamen si recte calculum ponimus sunt his longissime præstantiores. Summus Creator ut in plurimis aliis ita etiam in hac causa monstravit non in pomposis & magnam speciem habentibus, sed in tenuibus & minime speciosis, potius vulgaribus rebus gloriam Dei præcipuam & summum homini- nis emolumendum esse situm. Nam cum hoc ha- bitu externo animus noster in commercio est, quum animus vitalibus machinis non nisi remote & in- termediis habitualibus partibus sit coniunctus. Per ea enim organa, vel certe longe plurima eorum quæ habitum constituunt; scilicet per organa sen- foria & motoria veri homines sumus, per machi- nam vitalem non nisi vegetabilem dormientem vi- tam vivimus. Per habitum enim acquirimus co- gnitionem Dei, mundi, hominum, artium, scientiarum, per habitum exercemus humanas actiones, su- mus utiles reipublicæ & proximo, nobisque ipsis victum & necessaria paramus, alterique vegetabili in-
sciae

sciae brutæ vitæ succurrimus undiquaque. Notitia igitur *habitus corporis* pulcherrima est, atque ad gloriam Dei perpetuam, ad cognitionem nostri ipsius & aliorum, ad vitandos errores, ad actiones utiles peragendas nos dicit. Si per illustris WOLFIUS hanc vulgarem medicorum distinctionem corporis in machinam & habitum intellexisset, nunquam suam harmoniam præstabilitam potuisset somniare ; si CARTHESIUS hanc scivisset, nunquam in animum injurium dogma quod animalia meræ machinæ sint, induxisset. *Habitus corporis* est vera domus animæ nostræ, atque ἐνέργεια vel bonus *habitus* est ille status corporis, qui sufficit ut anima suo corpore sine incommodis, sine molestia & impedimentis, sine cito defatigatione possit uti. Felix profecto cui animus sanus in tali corpore fano.

Hoc Tu habes, amicissime Neuhusi, hoc Tibi dedit Deus, pro tanto beneficio gratias Deo debes. Quum reverendus Tuus Pater, cujus non sicutatam pietatem, cujus honestam vivendi rationem, cujus in erudienda sua dicecesi prudentem & felicem operam, cujus in Te a teneris unguiculis ad bonas litteras formando paternam solertiam agnosco & magni facio, quum inquam amicissimus Vir aliquam Tui curam in tenui jam ætati mihi commiserit, non potui non de Te tum puerulo, quoties Tuum litterarum amorem, Tuam in angulis & libris latitandi cupidinem, Tuam a ludis & illecebris infantilibus averstationem,

F 2

Tu.

Tuum in rebus puerili ætati convenientibus judicium.
 Tuam modestiam vidi, bene sperare, neque potui-
 sti oblivisci non semel Te ut in eo tramite pergeres
 fuisse a me extimulatum. Postquam dein linguarum
 eruditarum præprimis græcæ copiosum exercitium,
 philosophiæ moralis naturalisque præcepta, atque
 Theologiæ sacra Tibi familiaria fecisses, placuit Tibi
 medicam discere artem. Non credo fore unquam
 ut Te peniteat eam didicisse. Est enim medicina,
 quando uti par est tractatur scientia hominis, magnum
 autem quid est hominis essentiales conditiones noscere,
 quas præter medicinam nulla ars docet. Det
 Tibi Deus porro veram & durabilem ἐνέργειαν, largia-
 tur constantiam animi virium in corpore tano, ut rei-
 publicæ aliquod fulcrum & ornamentum, Tuis gau-
 dium, hominibus gratus, Tibi ipsi in secundis rebus
 suffenus, in adversis præsidium fias. Vale & fave.
 Duisburgi die 5. Jul. 1764.



Das

Das selne Glück, vergnügt zu werden,
Zufrieden mit sich selbst zu sein,
Wünscht jeder Bürger dieser Erden,
Und dieser Wunsch ist algemein:
Es hat noch nie ein Herz geschlagen,
Das diesen heissen Wunsch nicht selte bei sich tragen.

Die ist die Ursach aller Grillen,
Womit ein Sterblicher sich quält,
Die wird kein Paradies ihm stüllen,
So lang' Zufriedenheit ihm fehlt.
Die sucht der Winzer bei der Traube,
Der König auf dem Thron, der Bettler in dem Staube.

Die sucht in wolgebauten Wäden
Der Stutzer voller Eitelkeit,
Und Puder, feiner als Monaden,
Dünkt ihm schon gnug Zufriedenheit;
Doch wünscht der kleine bunte Meister
So eifrig seine Ruh', wie auch erhabne Geister.

Der Dichter seufzt nach dem Vergnügen,
Auf schön Papier gedruckt zu sein.
Der Geizhals samlet mit Betrügen
Sein Heil in starke Kisten ein.
Jenseits des Milkwegs und der Sonne
Sucht selbst ein Philosoph im Fernglas seine Wonne.

Nie wird ein Thor die Ruhe finden,
Wann er auch gleich die Welt besiegt:
Der Weise nur wird es ergründen,
Wo dieser Schatz verborgen liegt,

Er weiß, daß Ehre, Gold und Kronen
Nur matte Trostler sind, wo Leidenschaften tronen.

Ground, den die Medicin heut erobnet,
Die Kunst, der Du ergeben bist,
Die nur ein matter Thor verhöhne,
Da doch sein Hohn ein Lobspruch ist!
Auch Dich wird dieser Wunsch besetzen,
Zufrieden stets zu sein; doch das wird nie Dir fehlen.

Vom Lenz der angenehmen Jugend,
Bis graues Haar Dein Haupt umgiebt,
Begleitet von Verdienst und Jugend
Von jedem, der Dich kennt, geliebt,
Wird, wann sich tausend andre quälen,
Dir die Zufriedenheit, der beste Schatz, nicht fehlen.

Ein schöner Umgang mit den Musen,
Der Freundschaft himmlisch-zarte Lust,
Gesundes Blut in Deinem Busen,
Ein frohes Herz in Deiner Brust,
Sol, das wil ich Dir prophezeien,
Als Jüngling, Dich als Mann und auch als Greis erfreuen.

Ja! kan ich von dem Gott der Welten
Den besten Segen Dir ersch'hn,
So sol, die Jugend zu vergelten,
Man nie Dich ohne Segen seh'n;
Und heut am Tage Deiner Ehren,
Hang Deine Wolfart an und ewig sol sie währen.

Freund, das sind die Wünsche Deines
aufrichtig gesinten Freundes,

J. D. J. Triesch,
D. G. G. V.

Ein

Ein Spötter mag die Aerzte tadeln,
 Wann er von ihnen hönisch spricht,
 Den Mann, den Wissenschaften adeln,
 Verkleinert die Satyre nicht.
 Man kan die Aerzte nie entbehren,
 Sie sind die nöthigsten im Reich.
 Freund! ich will brave Aerzte ehren,
 So ehre ich Dich auch zugleich.

Seitdem von Lüsternheit getrieben
 Dort Adam in den Apfel biß,
 Den Eva aus verbotnen Erieben
 Vom Baume der Erkäntniß riß:
 So kam mit Krankheit, Gist und Seuchen
 Der Tod bewaffnet in die Welt,
 Der noch bis Erd und Himmel weichen,
 Die Sterblichen gefesselt hält.

Gott aber ließ auch Kräuter werben
 Die Allmacht schuf die Medicin,
 Womit die Bürger dieser Erden
 Auf eine Zeit dem Tod entfliehn.
 Wann Fieber in den Adern wüthen
 Und stören Schmerzen unsere Ruh
 So kommt, der Krankheit Troz zu bieten,
 Ein Arzt mit Hülf und Trost herzu.

Bald fühlt ein Vatter, den man liebet,
 Der Krankheit wilde Tyrannie,
 Der Sohn ist biß zum Tod betrübet,
 Und seufzet, einen Arzt herbei.

Bald

Bald trifft den Sohn des Siebers Schauer,
 Bald der geliebten Gattin Brust;
 Dann kommt der Arzt, er hemmt die Trauer,
 Mit ihm kommt Hoffnung, Trost und Lust.

Er forscht, zu wissen, was uns quält,
 Der Krankheit Sij und Ursach aus;
 Dann winkt er der schon matten Seele
 Zurück in ihr herstelltes Haus;
 Dann stärkt er die geschwächten Glieder,
 Denn schlägt das Herz mit Munterkeit,
 Dann zeigt sich die Gesundheit wieder,
 Mit lächelnder Zufriedenheit.

Dann wird der brave Arzt gepriesen,
 Geehret, hochgeschäzt, geliebt;
 Dann wird ihm alles das erwiesen,
 Was Dankbarkeit zum Lohne giebt;
 Erkenntlichkeit weiht ihm die Herzen
 Zum Lob der edlen Medicin,
 Der Ursach der veriągten Schmerzen,
 Und Lob und Beifall crönen ihn.

Gesegner sey dann nun deswegen
 Der Mediciner ganzes Reich,
 Gesegnet mit dem schönsten Segen
 Dein Lehrer Freund! und Du zugleich,
 Du dessen Wonne zu vermehren,
 Dich, Deine Kunst mit Lorbern crönt,
 Du, werther Freund, dem heut zu ehren
 Auch dis mein schlechtes Lied erdtnt!

Du

Du kennst mein redliches Gemüthe,
Ein Haus war unser Aufenthalt,
Mein Herz (Du kennest seine Güte)
Bleibt nie bey Deiner Freundschaft kalt;
Es wünscht Dir, hochgeschätzter Vetter!
(Und dieser Wunsch verfliege nicht)
Es segne Dich der Gott der Götter,
Wiß spät Dein liebes Herzé bricht!

So wünschter Dein aufrichtiger Freund
und Vetter,

G. H. Wever,
Der Gottesgelehrtheit Beflissener.

E * * * *
Erst horchtest Du edler Jüngling den golgataischen Musen,
Wo Jesus die Sonne mit Zären gelöscht
Und wo er am Kreuze von seinem ewigen Vater verlassen,
Mit Seufzern die Feste der Erde bewegt.

Hier sahst Du den gnädigen Schöpfer in seinen grössten
Werken,
Hier sahst Du den Dreieinigen erst,
Hier enthülleten Dir die Offenbarungen Gottes
Des Sündevergebens ewigen Rath.

Doch Dich schuf das sehende Schicksal des weisen Regierers,
Nicht zum Lehrer der Religion,
Es pflanzte Triebe zur Tugend in Deine euhige Seele,
Und gab Dir den medicinischen Geist.

G

Schon

Schon enthüllte er sich, und in der keimenden Knospe
Erzeugt sich schon die nützlichste Frucht,
Du hast die Gefäße bereitet, und aus den Quellen Getessdens
Heilende Wasser des Lebens geschöpfst.

Würdig betrittst Du den Schauplatz der medicinischen Künste,
Nicht mit fremden Kleidern geschminkt,
Vor Männern vol Einsicht wirst Du tüchtig erklärt:
Nicht moliärisch zum Doktor gemacht.

Wann Ehre und goldenes Glück noch die Verdienste begleiten,
So bist Du, Neuhans, ein seliger Mensch,
Denn lebst Du zufrieden in himmlischer Ruhe. Dein kostbares Leben
Sanft zum ewigen Tage dahin.

Ja Du bist glücklich, mein Vetter! Du fürest die Wollust
an Hessen,
Dem Kranken bist Du ein helfender Arzt,
Stets bist Du frei von Klagen, von Leid und ängstlichen Sorgen.
Wie ich ißt von den Banden des Reims.


Ich versichere Dir, Neuhans! mein Herr
Vetter, mein Freund! daß ich mit aufrichtiger
Hochachtung bin Dein Ergebener.

Moriz Albrecht Osthoff
Der Gottesgelertheit Bestüssener,
Aus Limburg an der Lenne,





B.I.G.



DISSE⁸
TATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
CACHEXIA DUPLICI
QUÆ CUM TUMORE
ET QUÆ CUM TABE EST

QUAM
SUMMO FAVENTE NUMINE
^{EX}
AUCTORITATE ET DECRETO
EXCELLENTISSIMÆ ET CELEBERRIMÆ
FACULTATIS MEDICÆ
IN REGIA, QUÆ DUISBURGI CLIVORUM
FLORET ACADEMIA
PRO GRADU DOCTORIS
PUBLICÉ DEFENDET
GODFRIDUS WILHELMUS
NEUHAUS
MEIDERICO - CLIVENSIS
AD DIEM JULII MDCCCLXIV.
H. L. Q. S.

DUISBURGI AD RHENUM

TYPIS FRANC. ADOLPH. BENTHON, ACAD. TYPOGR.